



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancta Alpaide virgine. Cap[itulum]. xx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**Ermanus:**



**E**theopolus: cesarius et vitalis martyres apud cesaream cappadocie sub persecutioe decij cesaris optime duxerunt martyrium. Quo tpe: vt scribit hieronymus: vni erat xpianis p xpi noie pcuri: veruerit callidus hostis tarda ad morte suppli-

cia conquerens animas cupiebat iugulare non corpora: et vt ipse qui ab eo passus est cyprianus ait: volentibus non permittebatur occidi. Quo tempore passi sunt illi duo iuvenes de quibus in vita sancti pauli primi heremite dicitur: vt supra dictum est in eius vita quarto idus ianuaris. Passi sunt prefati sancti martyres germanus et socij. iij. nonas nouembrijs. Hec hieronymus in martylogio suo.

**De sancto Thelmo martyre. Cap. lxx.**



**T**helmo martyr in anglia passus est. Dicitur fuisse filius cenelphi mercatoris regis. Que ille moriens dixit sorori sue tunc septennem commisit alendum. Illa vero mortuo rege falso si di regnum presagens infansulum occidendum satelliti:

qui eius erat alumnus tradidit: preciumque promisit. Qui puerum venatum ducens inter fructa obruncauit. Hoc autem celatum in anglia statim diuinitus innotuit. Nam columba de celo aduolans super altare sancti petri rosmine descendit: et membranam anglie elementis scriptam derulit: atque in altare deposuit: cuius tenor: necem pueri martyris: et sepulturam per ordinem prodidit. Que a quodam anglico interpretata est. Statimque papa per epistolam regibus anglie directam compatriotam martyrem indicauit. vnde frequenti cultu corpus innocenti de loco vbi iacebat solenniter leuatum est. Cum autem ferretur vincencumbam clericis et laicis canentibus: dyda parricidialis e fenestra cenaculi caput extulit. Et forte psalterium legens peruenerat ad ps. Deus laudem meam ne tacueris. quia a fine nescio quo presagio retrograde dicens: nitebatur cantantes infringere. Tunc virtute diuina oculi illius a capite euulsi versum illum. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi et. cruore polluerunt. Et in ipso libro vsque hodie extat cruoris insignia immanitatem mulieris et vitionem dei spirantia. Passus est autem sanctus martyr: tertio nonas nouembrijs. Hec guselmus.

**De sancta Alpa de virgine.**



**A**lpides virginis de tudoro circa annum domini. M. c. lxx. sanctitate nimis clarus est. Que multis annis in corpore degens infirma sine villo cibo permanfit. Hec genere infirma officioque bubulca: san-

ctarum scripturarum intelligentiam diuinitus obtinuit: et mire pendente consilio habuit. Que si agello domini diuitius attrita est: adeo vt propter effluentem de corpore sanctam etiam suis fieret in horrorem: patientia autem summa preclara: nec aliquando conturbata visa fuit. Nullumque cibum per annos multos transire valuit: nisi solum eucharistiam sacram: et lecto decubans non nisi ab altero moueri potuit. Hec autem a deo accepit: vt sepiissime in excessu rapta: a gelo duce: et loca penarum et gloriam sanctorum percurreret: et occultas visiones aspiceret. Frequenter autem in solentatibus christi vel eius matris rapta mundum totum quasi in pile specie intuabatur: et ea que in mundo fiebant contemplantur. ad corpus quoque rediens multa occulta et secretissima dicebat: et quedam ex his que viderat reuelabat: quedam vero a deo premonita occultabat: plerumque etiam futura predicebat. Quieuit autem in pace apud tudortum tertio nonis nouembrijs. Hec et gestis francorum.

**De sanctis Vitale et Agricola martyribus. Cap. lxxi.**



**V**italis et Agricola martyres passi sunt in puincia italie in ciuitate bononiensi temporibus diocletiani et maximiani imperatorum: quorum passionem sanctus scripsit Ambrosius. Fuit autem vit-

talis seruus agricolae: nunc vero conuersus et collega martyrum: precessitque seruus vt prouideret locum: secutus est dominus secure: quo datam fide seruus iam inueniret paratam non alienam. Cum ergo sanctus vitalis cogerebatur a persecutoribus vt christum negaret: et amplius domini fidem profiteretur: omnia tormentorum genera in eum exercitantes: vt non esset in corpore eius sine vulnere locus: oratione fusa ad dominum emisit spiritum. Sanctus vero agricola mitior habebat moribus: vt ab ipsis etiam inimicis diligere: ideoque viderentur eius passionem. Denique vbi non acquiescit persecutoribus: sanctus agricola crucifixus est. Quorum corpora in iudeorum solo sepulta sunt. Post multos autem annos idem locus sancto